Adulruna redviva : Fa 22.

Bureus, Johannes,

HS Fa 22.

National Library of Sweden

s-Bibliotheket.
STOCKHOLM.
ndskrifter.
kunsk. Sv.
handl.
Fa. 22.

Till Kongl. Biblioteket från H. Klemming
1871, Aug. 1.
Kom från G. Marklins samlingar i Upsala

Är ett af Bures egenhändiga ex.

G M

*F.a. 22.

ADUL-RUNA
REDI-VIVA

Ad Trinitatis Divinæ Gloriam

Vt primitus inventa

Sic nunc tandem ex Patriæ mo-
numentis per quendam
Sueonem,
Irrorante Triunius Authoris
Benedictione,

Resuscitata:
Anno VerItate M reDVCentIs,

Theosophiæ Vestita Radijs
In Scenam prodiens.

[illegible] non scientia.

Joh. Buræum v. Scheff. Sv. Lit. p. 52.

.612

SERENISSIMÆ
AC potentissimæ
PRINCIPI AC DOMINÆ

D CHRISTINÆ SVEORVM GOTHORVM WANDALORVMQVE DESIGNATÆ REGINÆ

ET PRINCIPI HÆREDI=
TARIÆ
Magnæ Principi Finlan=
diæ Duci Esthoniæ et
Careliæ Ingriæq;
DOMINÆ
Dominæ et Patronæ
suæ Potentissimæ
Clementissimæ
Seipsam
ADVLRVNA REDIVIVA
humillime
offerens consecrat.

F.a. 22.

En tibi Lector candide.

THEOLOGIAM SVETHICAM
PRIMITIVAM
CABALAM VPSALICAM
seu
Doctrinam Hieroglyphicam
Sibyllinæ æmulam.
offerimus:
De præcipuis mysterijs
ALPHABETI TRIVM CORONARum
REGNI VPSALICI.
Per Gothiam in cæteras nationes, successivis secalis
divulgati:
Tu
Ad summi Patris Gloriam
Oblatam Sponsi Gratiam
Grata mente amplectere
In Sponsæ lubens commodum
usu salubri vertito.

Ps. 146:20.
HAVd Fecit Sic Omni Genti:
Et Judicia non Scient Ea.

ADUL RUNAE
REDIVIVÆ
PRIMITIÆ

De Alphabeti Divisione et partitione.

Alphabetum Sueticum primitivum LAPIDI ut rei firmissimæ et PASTORI ut Personæ utilissimæ, assimilavit Author.

Intelligens quid sit Pastor Lapis Israel (ROE EBEN) Genesis 49:24. Seu Consensum utriusque Testamenti Veteris Deut. 32:4. Ezech. 34:23. et Novi Joh. 10:11. 1 Cor. 10:4.

Is facile intelligit ex quo Spiritu hæc profecta est Divisio.

Universum quod est: aut est Generans aut Generatum, aut etiam Generatio, quod est medium inter utrumq.

Alphabetum igitur Universum partitus est noster author in tres literarum Quinarios communiter: peculiariter vero aliter.

Primum aptavit Generanti, Medium Generationi, ultimum Generato.

LAPIS

Vt est geminæ Naturæ: Ita seipsum Jacentem distingvit a Cadente. Matt. 21: 44.

Intelligens differentiam inter versum 47 et 48. Joh. 12. Vel inter eum qui apparuit (in præterito) et eum qui loquitur (in præsenti) Joh. 9: 37. Intelliget facilè hunc Binarium fundamentale.

PASTOR

Vero Vniversi Servator Tripliciter seipsum conspiciendum tradidit Authori Primo Vestibus spoliatum, deinde non solum vestitum, sed etiam Coronatum, Denique Viscera inspicienda monstravit.

Intelligens versum 22. Jes. 33. et Versum 11. Matt. 2. Intelliget hunc Ternarium facillimè, de Triplici Mediatoris Officio, Sacerdotali Regio et Judiciali.

Adoraverunt enim Magi filium Dei ut Deum, et filio Virginis, ut homini, munera obtulerunt triplicia, ob triplex ejus officium.

ADVLRVNÆ
LIBERI
De Lapide Iacente.



LAPIS IACENS.

Orthogonaliter disponitur lineis æque distantibus, tribus Longitudinis et quinque Latitudinis: Literis Ordinem inter Rmerunas usitatum servantibus.

CAPUT PRIMUM,

De Quinque literis primis.

ᚠ ᚢ ᚦ ᚮ ᚱ

GENERANTIS linea seu QVINARIUS primus, constat literis F.V.D.O.R. quod transpositis secunda et quarta in variis Vplandiæ monumentis legitur significantius FÖDVR. Pater, Generator Altor Pastor, à föda seu föda, generare gignere alere, alimentum. Cujus Dativum pluralem Feudum, Juris consulti suum fecere Nominativum singularem Feudum.

Intelligens nomina Dierum Septimanæ Scanciana: Intelligit facillimè ex inspectione literæ cujuslibet primæ, ejusdem nomen Primitivum.

ᚠ

In..

Intelligens igitur nomen Diei Fredag seu Veneris: Intelligit mox literæ F nomē Scancianum.

Veteribus enim Fräja Venus appellata est, quod nobis est fröja (Hebreis Poria, fructificans) à frö Semine, ob fæcunditatem.

Vnde etiam à Normannis et Runarū-nicis nostris fä, id est Pecus Pecunia thesaurus nominari solet.

Formatur hæc litera communissimè in monumentis, quadrantibus duorum circulorum, ex lineæ erectæ termino tam, quam e centro ductis. ut et ejus æmula litera quarta.

ᚢ

SECVNDA VR litera Emanationis, Characterem retinet primitivum, quadrantis Circuli, in monumentis mihi quadragies hactenus obvium, Communiter adiecta linea transeunte: ħ.

ᚦ

Ex nomine diei Thorsdag seu Jovis, intelligitur Tertiæ literæ nomen primitivum Thors, quasi summæ Libertatis litera. thorus enim audere est.

Normanni et Marcomanni teste Rabano Archiepiscopo Moguntino, qui obijt anno

no Christi 756. 8 Cal. Nov. eam Thorn quasi Jovis et Termini characterem, appellabant. Dicimus enim törna up ubi non datur ulterior progressus.

In monumentis communissime semicirculo formatur, et diametro utrinque extenso. ᚦ

ᚬ

Intelligens nomen diei Odensdag, facilè intelligit literæ Quartæ O vel Os nomen primitivum Odensstaf, Mercurij seu Possessionum characterem. Od enim seu Oth in Svidiod (Svetia) Jörod Silenod possessionem significat sic et arf-od labor, Arm-od miseria, egestas.

Odens staf vero, quasi Martis et Desolationis vel Fati litera est.

Öda enim desolare est.

Hujus literæ figura integra in monumentis rarissima est: vulgus enim plerumque studet compendio:

Communiter itaque invenitur mutila, rectilinea ᚬ ᚭ ᚼ ᚬ.

ᚱ

QVINTA litera Red vel Reder, Secundæ socia. Dominationis insigne quam repræsentat sua integra figura ᚱ:

vul-

Vulgariter usitata, quasi supra Iridem equitantis. Rida enim veteribus Dominari et prævalere significabat.

Vel quod pingitur instar gubernaculi e puppi. Roder enim à råda deducitur, quod idem est cum veterum rida.

Est etiam Rectitudinis Hieroglyphicum ob divisionem semicirculi per angulos Rectos. Unde Rätter vocari meruit sicut Riddare et Rytter à rida. et Redare Imperator.

CAPUT II

De Quinque literis mediis.

GENERATIONIS Quinarium seu lineam mediam, hac serie disposuit Author ut prima cum media et ultima KNÆ Generationem designarent. Dicimus enim: Til tijonde knä; quod Latini dicunt: Ad decimam Generationem.

Y

SEXTA Kynd Regia litera seu Generositatis Naturæ character, tribus constat lineis ad æquales angulos in cen-

tro

tro confluentibus, figūra in monu-
mentis rarissima.

Communiter Quadrante Circuli constat, cujus centrum est lineæ rectæ summitas. ᛘ Secundæ ᚺ socia.

ᚼ

SEPTIMA Hagal omnia favore et arte perficientis litera: Tribus ubique in monumentis constans lineis ad pares angulos, in medio erectæ coeuntibus.

Hagleik enim Artem et hagelig placentem significat, idem quod Hagal adjectivē, cujus fœmininum est Hagůl sicut gammal gamůl, adal adůl.

ᚾ

OCTAVA integrè picta in monumentis est communissima, nomine Nåd Gratiæ Dalekarlis nostris nota, Islandis Nåud Normannis Rabbano teste Not, Necessitatis et Angustiæ nomine Nöd. Cujus figuræ in Calendariis ūsitatissimæ ᚿ consono: Declivi enim linea, literam perficiente terminatur.

ᛁ

NONÆ literæ nomen Jdr quasi Jdstaf.

Stu

Studij Character, Juæ figuræ non ab-
sonum: Instar Sagittæ carens ap-
pendicibus, promtitudinis Hierogly-
phicum.
Ob Sedulitatem eriguntur columnæ:
Nuditatis etiam comes penitentia, Gen. 3:7.
Idem.

ᛆ

DECIMA litera sua frequentia ple-
rumque Octavæ correspondet: pronun-
ciatione literis A Æ et Å.
Figura nomen Ära Gloriæ explicat:
terminatur enim linea definiens ele-
vando ᛅ ᛆ.
Significant etiam Ar, Är et År, Ter-
ram Aquilam et Annum, unde äring, Pro-
ventus. Ärik, annosus, proventu abundans.

CAPUT III

De quinque literis ultimis.

ᛌ ᛐ ᛒ ᛚ ᛘ

GENERATI Quinarius seu linea tertia
Constat hisce literis singularibus S. T. B.
L. M.

Intelligens nomen Sündagh vel Söndag diei Solis seu Reconsiliationis: Intelligit nomen literæ Undecimæ S.

Suna enim et sona vel söna, est per Filium reconsiliare.

SOL ideo dictus est Sun filius, quod Lucem primordialem, die Solis Creatam, quasi filius patrem representet.

Hinc Sveo quivis Norvegis antiquitus Sünski et Sönski (non Fönski ut ignari scribunt) vocatus est Solaris, quod Sveones Soli meridiano sint viciniores.

It. Sön derivatur Rettsöner et Ansöner, quod secundum motum Solis et e contra fit. A Sun etiam Syn Visus.

Huius literæ character dupliciter, in monumentis formatus invenitur: Sic et Nominibus distinguitur.

Primitivus enim sua lineola pensili, radium Solarem representans, simplicissimus est, Hengiande Sol vulgariter appellatur.

In Septem Tijundis Monumentis Vigesies quinquies à me repertus: In tribus Fierundicis, terdecies: et in Septem Ölandicis, Vigesies.

Vulgaris vero character Knä-

Sol

Vol, genuflexus pingitur ᛋ ᛚ, conso-
nante figura nomini.
Sunder enim et Sönder fractum sig-
nificat.

ᛏ

DUODECIMA litera Tider seu Tid-
staf eadem ratione nomen acceperat quâ
dies Tertius hebdomadis Tidsdag.
Tider enim non solùm Tempus significat
sed etiam Cultum Divinum, Unde Sacerdo-
tes Tidmän et Tyar antiquitus appel-
lati sunt.
Runographici quidam hanc Tyri Tedâ
vocarunt, quasi Tediferam subsequentis
Septimi dicti Tavar.
Constat plerumque tribus rectis line-
is in summitate concurrentibus ᛏ utrimque
enim hamata est figura: Ideóque à Nor-
mannis veteribus, Tak, id est, Tectum, vocata.
Hamata vero a dextra saltem, ᛐ. In 14
monumentis Uplandicis quadragies et
bis à me hactenus inventa est; In tri-
bus Oelandicis undecies: et totidem Me-
delpadicis duodecies.

ᛒ

DECIMA Tertia, quæ in monumentis
comunissime duobus semicirculis con-
tiguis et transcendente Diametro pin-
gi-

gitur: Byrkal legitur appellata, quasi Byrkarl seu habitaculi dominus figurâ nomini consentiente, quod gemi-nis Januis ᛘ introitum et exitum, re-præsentat.

Byrg-all vero intelligitur Omnia continens vel omnibus contentus; sicut Odall Allodium, possessio plenaria.

Byrger (Vulgariter Byrgäll) si fuerit à Byria incipere, Authorem significat.

Si verò compositum fuerit Byr-ger, Patriæ vel Civium fautorem deno-tat.

Decepti cognatione literarum ᛚ et ᛁ Biarkan legunt.

ᛚ

Intelligens nomen diei Lauger-dag vel Lögerdag: Intelligit etiam nomen Decimæquartæ literæ.

Lag enim in Fæminino Legem signi-ficat, in Masculino Lavacrum, in Neu-tro Modum et Posituram.

Islandi Nomophylacem Lögman et Lögsögumen appellabant.

Huius figura Duodecimæ est con-traria, sicut Octava Decimæ. Et nullibi in monumentis variatur nisi declinās ad octavam ᚼ.

Ψ

Intellectus nominis Mândagh
revelat nomen ultimæ literæ Scan..
cianæ M.

Man enim seu Mân Lunam sig..
nificat, Unde Mensis veteribus Sve.
vis Manod, id est Lunæ possessio
vocabatur.

Man etiam hominem et Virum
designat, unde Germanni et Mar.
comanni dicti sunt, non Germani
nec Marcommani, ut nostræ vel
Germannicæ linguæ ignari scribere
solent.

Nomen figuræ consonat: Hominē
enim elevatis utrinqꝫ brachijs semicir.
culum formantibus, repræsentat.

Quæ figura ubique in Scripturis Ma..
dex et Mann legitur.

Hinc nomina Mars, Marskalk,
Marsk, Marfridus et Othmarus or..
ta sunt, Kalmar Wismar &c.

CAPUT IIII.

Hucusqꝫ de tribus Quinarijs Alpha..
beti, seu Lineis Longitudinis: De Litera..
rum nominibus et figuris singulariter
con..

consideratis: Sequitur Earumdem per Quinque Ternarios Latitudinis, Sententiosa coordinatio Lectoris discretioni consecrata.



ADVR RVNÆ
LIBER II
De Lapide cadente

LAPIS CADENS

Suis tribus Quinarijs sejunctis, cruci-
formiter dispositis, notabilis est:
Quolibet eorum certis Ternarys et cor-
respondentibus Binarijs constante.

CAPUT. I.

De quinque literis primis



GENERANTIS Quinarij Trinitas,
est , TOF, INVOLUCRUM.
seu Divinitas ipsa, cujus cognitionem prim-
aevi Sveones, nostri parentes ab ipso No-
acho vel filiis et nepotibus, religione ad-
hunc inviolatâ, Faustam diutissimè inter
Aquilonares incorrŭptam retinuerūt.

THORUS in centro Quinarij su-
mi Liberrimum Agens, superiorem non
agnoscens.

Unde etiam Thora apud antiquissi-
mos Sapientes Summae Potentiae erat
Hieroglyphicum; Sicut Pileus li-
ber-

bertatis. Est enim Lex Summa Ratio, sine quâ rerum Natura, nec ipse Mundus stare potest, etiam Ci-ceroне Pagano teste.

Sicut [symbol] supra horizontem, Januam et excipientem repræsentat: Sic [symbol] et [symbol] infra, extensis brachijs se submittentes a Thoro missos confi-tentur.

[symbol]

Ad dexteram Thori sub nomine O-thini, Mercury. opum datoris; Possesso-rem, cui omnis Possessio data est, omni-um Bonorum utraque manu Dispensatore, coluere primævi Suecones.

Nomine ÖDEN, FATI, Divinam Pro-videntiam, fatorum Dominum H°don H°donai.

Hinc Apollo Pythonem (in Pütten) Dra-conem conficiens, OEthoscyros (quasi fata amputans) à Scytis appellatus est.

Nomine OTHINI, MARTIS, cruenti ODEM H°DAMum Secundum, omnem hostilem potentiam, in sua ira, destruen-tem.

[symbol]

Ad sinistram, FRÖIA, uxor et soror

Oth-

Othini. Paulo Varnefrido Longobardo teste.
Intelligens Significationem Sanctæ Mu-
lieris, Pyhe Vaimo apud Livones, et Decli-
nationem Rüach apud Mosen, Gen. 1:2. Pa-
rabolam denique Salvatoris de Muliere, drach-
mam perditam requirente: Is Spiritum
Sanctitatis etiam à nostris primævis pa-
rentibus, nomine Fraja, Veneris, Väna
formosæ seu Fröja Dianæ multimammiæ,
à frö, Semine, Poria, fructiferæ, cultum fu-
isse, haud negabit.

BINARIUS

♈. VR. Emanationis et Motus:
∩. RV. Unionis et Quietis.
Omnia enim ab Uno et omnia ad Unum
tendunt.

Intelligens differentiam inter RV
strātes et Stantes Dan. 7:10. Intelli-
git etiam differentiam inter RV Qui-
etis et VR horizontem et intra Janu-
am ♎, Et VR, ♈, extra et infra in
Horologio continui motus.

Repræsentat enim Cornua ♈ indefes-
sum motum Instrumenti horologici dicti
VRV antiquis.

CAPUT II

De quinque literis mediis

*

+ Y +

I

GENERATIOnis Quinarij TERNARIUS seu NotAriKon Sveticum, est administratio trium Regnorum ipsius Pastoris: Angustiæ vel Gratiæ, à dextris, Gloriæ à Sinistris, et Naturæ in medio, cuius Generositas in Arbore Vitarum sese manifestabit.

Intelligens Versum 6. Joh. 14: Intelligit hunc Ternarium.

Notaricon Hebræorum, seu media pars Cabalæ tripartitæ, est, Ubi singularis litera fit nota integræ alicuius Dictionis.

BINARIUS

Hagal supero et Ider infero constat.

CAPUT III

De quinque literis ultimis.

I

1 ꝏ 1

Ψ

Hujus Quinarij seu GENERATI

TER.

TERNARIUS

Est triplicis Mundi Breviarium.
SOL inter GENerata visibilia præcipuum superne, Luna inferne, in medio Byrgall seu Terra, mundus præsens.
Comparans deinde versum 44 Lucæ 23. cum 51 Matt 27. Intelligit hanc Adulrunam seu Compassionem triplicis Mundi servandi cum Servatore.
Intelligens dictum Sophorum:
Est in ☿rio quicquid querunt Sapientes:
Intelligit cur Author indiderit huic Centro nomen Byrgall.

Parergon, obiter:
Intelligens Longitudinem Arcæ foederis Exodi 25:10. Intelligit cur mundus præsens assimiletur Cruci, medius Lunaris Circulo consummato, Summus vero Solaris circuli dimidio, quod caret fine vel complemento.

Intelligens Semicirculum in summitate Symboli ☿ et dimidietatem Ulnæ in dimensione Propitiatorij, et Silentium Apocalypticum, 8:1. Intelligit facillime cur Author nostræ Literaturæ Literam Solarem præ reliquis fecerit dimidiam et pendulam.

BINARIUS

Sunt Tempus ad dexteram,
et Modus ad Sinistram.

Qui Concionem Salomonis 8:5.
perpendit: facile agnoscet hosce
Gemellos non geminos.

ADVL RVNÆ
LIBER III.
De Pastore Sacerdote.



SPOLIATVS

SACERDOS seipsum in Ara Crucis offerens Legifer suam ipsius COMPATIENTIS Legem seu Crucem, triplici CONSIDERATIone Generali et unica Speciali, notabilem fecit.

Generales author ex integro Alphabeto constituit: Specialem

ex

ex eiusdem ultimo Quinario: Aut
Priores duas per Ternarios, ultimam per Binarium, distinguens.

CAPUT 1.

PRIMÆ Considerationis TERNARIus constat Septenario et binis Quaternariis.

SEPTENARIUS

Secundum Septimanæ dies, characteribus alternatim selectis, quasi noctibus intermixtis, distinguitur



	In		Dies	
1.	pedibus	Sün dag	☉	Sünstaf
2	pectore	Månd.	☾	Månstaf
3	manu dex	Tidz dag	♂	Tidstaf
4	brachio dex	Odens d.	☿	Odenstaf
5	Capite	Thors d.	♃	Thorestaf
6	brac: sin:	Frei dag	♀	Freystaf
7	ma. sin.	Lögr d	♄	Lögrstaf.

Litera

Intelligens versum 23 Luc 9 Intelligit Aü.

Authoris Intentionem de hoc dictum Septenario sic disposito.

QVATERNARius

PRIOR est literarum Brachialium ᒋ ᒉ et ᚼ ᚼ, RVNA. id est, Literatura (ᒋᒉ exterioribus supra interiores ᚼ ᚼ elevatis) Gratiæ et Gloriæ portam ad quietem repræsentat, hoc. modo:

POSTERIOR: est literarum ᘯ ᛁ ✳ ᛉ Rig-Kind. Virginis nati seu Viatoris quadriliteri; per prædictam portā à compedibus ᘯ, per promtitudinē I, et amplexum ✳, et osculum ᛉ, ad summam ᘯ libertatem ascendentis.

Intelligens 13 Vers. Joh. 3. Intelligit etiam hanc Adulrunam, cur Author Viatorem hoc nomine notare voluerit.

CAPVT II.

SECVNDÆ TERNARIVS constat Primo PASTORIS Quaternario, deinde Gregis Septenario, tandem hostili Quaternario.

PASTOR QVADRILITERVS

TOPF VRNAM significat, Sepimen„
tum, murum igneum et Ovile repræsentās
Hinc primo Consideratur Divina Tri„
nitas TOF, ex antecedentibus nota.
Secundo: Quarta Quadriliteri est
infima ꝏ uberibus Virgineis lactata
Humanitas, Litera π Secundæ Personæ
Divinitatis in nomine TOPF sociata.
Sua figura vero ꝏ instar Basis Ec„
clesiæ fundamentum, Berg, Petra,
Byrg-all, omnia superstructa sustinens
omnes Divinitatis thesauros continet
Byrger civium fautor.
Ovilis ostium bivalvum, ingredien„
tium et exeuntium. Joh. 10:9.

GREGIS SEPTENARIVS



VNIVERSITAS Ecclesiæ Septifor„
mi Spiritu sigillatæ et Verbo Dei uni„
tæ

Est enim vox vocantis:
GEHN·MIS: Occurre mihi:
Et vox vocatorum: Γ nati.
SIM·AEGN·KYND: Simus Proprietatis

QVATERNARIVS HOSTILIS

Quatuor reliquis literis extra Ovile seclusis continetur:

ᛏ ( ) ᛚ

TRVL, enim Maligni sunt Spiritus Lupos et tyrannos repræsentant hac figura Adulrunica ᛏ, Sagittæ Hamis trahentes in primis, Tridente trudentes in extremis.

ᛚ) (ᛏ,

LVRT Stercus, Lurade Seductas Oves et Lorada perditas suo Symbolo ᛗ Superius decipulam, nassam, inferius Sedem angustiæ vel cloacham demonstrat.

CAPVT III.

TERTIÆ Considerationis Binarium Vocantis Brachijs expansis et erecta Statura excipientis, author contineri voluit.

BRACHIORVM

Considerationem duplicem statuit aut enim ex corde Pastoris Hagall ad utramque manum Lecti procedit aut revertitur.

Quæ ex Omnia operante procedit

dit

-dit, est Vocantis, quæ regreditur
Vocatorum, sese ad vocationem ac-
commodantium.
Intelligens Vrim et Thummim Exo-
di 28:30. Et Jes. 59:21. et Luc. 12:10.
Is intelligit hæc Brachia Vocantis, Ots-
inum et Fräjam Adulrunæ:
Qui vero intelligit discrimen inter
Votum et Laudem Ps. 65:2. (De Silentio
hic silet Adulruna.) Hic intelligit Vo-
catorum manus apprehensivas.
Quæ enim Lectio ad dexteram
Vocantis per ᚾᚼᚱᛏ Nord (Aquilo):
legitur: Nåde Ord. Gratiæ Verbum
intelligitur
Quæ vero retrocedit, Tro legitur,
et Fides significatur.
Ad Sinistram quæ per ᚾ proce-
dit FVL vel FYL legitur. Gloriæ Ple-
nitudinem, vel Gloria plenum (Thum-
mim) Spiritum Sanctitatis significat.
Quæ vero retro legitur LVF LOF
Laudes et Gratiarum actiones. LYF,
Anglis LOVE Germannis Lieb Amore
et Liuvi Liuf gratum significat.
Hinc Liuva et Liuvigildus Gotho-
rum reges nomina acceperunt.

Vtriusque π et ᛈ vocantis,
(Verbi nimirum et Spiritus Sancti-
ta-

titatis) brachia expansa ↑ et ↾ Hami Legis et ⩗ cornua Copiæ Evangelij. prima fronte ostendant.

STATVRÆ

Excipientis Consideratio est in Septenario mystico, cuius Vertex est ⏜ et pedes seu basis ⏝, Termini à quo et ad quem.

QVINARIVS

intermedius Scalam quinque Graduum efficit.

ASCENDENTI

rectà à compedibus ⏝

per 

ad ⏜ Pileum Libertatis imo omni potentiæ culmen. Est enim hæc figura ⏜ Geometrica, certissima mensura Circuli in infinitum, Circino post primas binas dispositiones remoto. Hæc de Ascensu.

DESCENSVS

Vero Donorum Initium sumens in ⏜ Janua, Porta, omnium Bonorum datore, Luminum Patre, completur in ⏝ omnia continente. Col. 1:19. 2:3.

Intelligens Septenarium, Versibus nono, 10, 11. 12 et 13 Matt 6: contentum; Intelligit etiam Scalam Descensus donorum satis ordinatam.

♎	5
Y	10
✱	30
Ψ	900
ꜟ	70
ı	100
m̲	500

An hæc Scala sit Duratio Sacerdotij, ab anno Crucifixionis ad ascensum Throni Regij? Terminus revelabit.

CAPUT IIII.

Hucusque de generali consideratione Crucis compatientis; Sequitur Specialis, quæ hic erit Quarta.

Querens loca literarum Terty Quinary Alphabetici: Inveniet Vulnerum Mediatoris cruentum Quinarium: s

ɺ . . . : . . . ʃ

Ψ

:

i

m̲

Pectori enim vides impressum Ψ, Dexteræ ɺ, Sinistræ ʃ, Pedibus ', additis non sine mysterio, Compedibus.

CAPUT V

Hactenus de Cruce Legislatoris miserantis: Sequitur Minantis suo Ternario generali. Arcu nimirum.

rum SAGITTA et META notabilis.

ARCVS

Novenario constat ⌐ ⌐ π + * + ⊏ ⌐ ⌐
Cuius Nervus est ⏛ extensum et intensum, Deus omnia in omnibus

SAGITTA

Quinario Υ * Ψ I '

META

Verò ⏛⏛ centrum Cordis.

CAPVT VI

Ex hac Dispositione Crucis mise..
rantis et minantis, elucescit Mysteri..
um hactenus Sigillatum de Triplici
Seculo et cuiusq; Domino.

Indicat enim ⏛ Dominum Υ, π
primogenitum à dextris Dnum regni
+, et ⊏ à Sinistris Dominam Regni Ŧ.

ADVLRVNÆ
LIBER IIII.
De REGE PASTORE.

Hactenus Author de Legifero vestibus spoliato nostro Sacerdote, cujus Considerationes peculiaris Dispositionis fuere: Regem vero Stola vel tunica candida vestitum, cingulo cinctum, et Corona aurea conspicuum Singulis proprio notarum Quinario signatis, In suo sedentem Solio, depinxit.

CORONÆ

Impressæ sunt primi Quinarij literæ fulgentissimæ, GENERATORIS insigne.

CINGVLO

Inscriptus est medius Quinarius seu GENERATIONIS Symbolum, Argenteis literis.

TVNICÆ

Candidissimæ fimbriis seu Sinui Paterno impactæ sunt Sanguineæ literæ ultimi Quinarij, GENERATORVM Memoriale.

Intelligens tres primos Versus Jesaiæ 63: Apoc 19:13.16. Intelliget huius Tunicæ Inscriptionem.

ADVLRVNÆ

LIBER V

De Pastore Iudice

De totius Alphabeti quindecim Lite-
ris singularit^er dispositis, hactenus:

Sequitur

De toto Alphabeto Universim, Pene-
trale nimirum Adalrunicum,
in quo viscera Judicis introspici-
enda, tribus Circulis et Cruce ge-
minâ, sub una universali figura
à nostro Authore monstrantur.
Intelligens Differentiam inter
24 Sedilia Apocalyptica et soliūm
Agni: Intelligit prædictam Trans-
itionem.

EXTIMUS

Seu Summus Circulus Linea hori-
zontali divisus, DEUM ⊖ triliterum
ㄷ J ⏂, non sine crucis mysterio, T
depingit, Vūlgariter sic stantibus
ᚠᚢᚦ, GUD. id est, Summum BONUM.

Cruce verò perfectâ ⊕ fit qua-
driliterum ㄷ J | ⏂. ᚠᚢᛁᚦ. GUID.
Monosyllabum, Diphthongo U Divini-
tatis et I humanitatis.

Unde in plūrimis monūmentis
Crūx ita ligatūr ⊕ non solūm a Chri-
stianis sed etiam ab Adalrunis in Pa-
ganismo, Doctrina a primævis hæ-
reditata.

DVO CIRCVLI

EXTREMI, una cum eadem Cruce ortum præbent figuris literarum primi Quinarij Alphabeti in hunc modum. C̄ T ⌓) (. Symbolum GENERATORIS.

MEDII CIRCVLI

Divisio Senaria, per tres diametros quasi per tria Sceptra, originem præbet literæ Septimæ ✳, nodo Universi, et per consequens reliquis medij Quinarij Y + I +.

INTIMVS

Circulus seu tertius, sua dispositione Adulrunica GENERATA significans, suo Binario (♈ super ♆ excitatâ) duabus lineis — | Crucem ┬ et tribus semicirculis ♉ Cor ♉ constituens, ac Ternario I'ſ Clavos (cor infestantes) et Sanguinis fluenta, adumbrans;

Non

Non solum quinque ultimarum literarum originem pandit: Sed etiam Cor Universi Servatorem Mediatorem passurum seu crucifigendum fore præfiguravit.

Compassos enim Crucifixo, Solem, Lunam et Terram fuisse, ex S. Scriptura Luca teste et Mattheo, Christiani credimus.

Intelligens hanc figuram Adalrunicam: Intelligit facile sententiam ultimi Judicij.

Hac Senaria cordis divisione ceu filo Ariadneo, in Septem Sigillorum Penetrale Apocalypticum, hactenus Sigillatum, quivis introire potest, Duce Gratia.

CONSECTARIUM

De Nomine et Patria Authoris. Item de Insignibus Regni Sveorum

In hoc Judicis Penetrali, seu Sinu regio, Vulneribusq Sacerdotis, Au„thorem huius nostri Alphabeti my„steriosi, nomine notatum memora„bili, si inquisieris, invenies.

De PATRIA eiusdem

Non est cuiquam discreto lectori dubitandum, qui versum 5 et 6 Psalmi 137 perpendens, in seipso illud Nasonis, lib 1 de Ponto, invc„nerit:

Nescio qua natale solum dulcedine
cunctos
Ducit et immemores, nec sinit
esse sui.

Doctrinam enim de Triplici Coro„na seu Majestate Regiminis, sub no mine Triplicis Numinis CORONAN„TIS, et sub titulo Triplicis Officij CO„RONATI, in SVIDIOD Svethia seu Scy„tia Scanciana receptam et servatã; Patriæ suæ summam commendatio„nem præ cæteris agnoscens autor Insigne TRIVM CORONARVM ei„dem consecravit.

Nullibi enim illa TRIAS NVMINIS

Thor

THOR ODEN et FREIA solenni-
ter celebatur, nisi VPSALIÆ in Tundia
Sveonicæ.

Certum est enim ex communi
fide dignorum authorum, Solam Vp-
saliam RELIGIONIS REGNI et IV-
RIS administrati et administran-
di, inter omnes Septentrionis eius-
dem linguæ Populos, Sedem fuis-
se præcipuam seu Solam.

Concredita enim fuerat Vp-
saliensibus ab initio Gentis Sueonum
ad hunc veri Dei cultu inviolato, à Sum-
mo Coronante, sub nomine Paterno
summæ RELIGIONIS REGNI et IV-
RIS administratio potestas et au-
thoritas.

Vnde etiam, Gente multiplicatâ
successu temporum, administratione
derivata in socios Sacerdotes et
Legumlatores, Etiam nomina de-
rivata sunt, Insignibus TRIVM CO-
RONARVM Majestati Regiæ et Reg-
no Sveorum retentis.

Sacerdotes enim Tediferos Vates,
Tijdmän à Tydr (ut dictum est) et Ti- 1
ar a tia seu tea, patefaciendo, et tyda
interpretando Oracula: Et similiter
Legiferos Lagmän à ↑ Lag nomi-
natos novimus. (Refer ad 1 – ↑. medi-
atores inter Solem et Lunam.)

TRES autem CORONAS
AVREAS, VPSALIENSIVM REGVM
antiquitus fuisse INSIGNIA:

SIGILLO REGNI usitato, Rikes=
Klämma, dicto.

MONVMENTO Mora-Steen, in
loco eligendis Regibus et pronun=
ciandis sacrato.

FORIBVS templi Vpsalici,
Metropolitani.

NVMMIS veterum Regum.

LIBRIS denique Danicis ul=
tra annos centum impressis

Vt certissimum Comprobanti=
bus: Nemo mente sanus impro=
babit.

s-Bibliotheket.
STOCKHOLM.
ndskrifter.
kunsk. Sv.
handl.
Fa. 22.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
National Library of Sweden

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

s-Bibliotheket.
TOCKHOLM.
ndskrifter.
kunsk. Sv.
handl.
Fa. 22.